Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sunt interiora tua in iniquitate tua
et peccasti. ⁊ eieci te de monte dei. et
perdidi te o cherub protegens de me
dio lapidum ignitorum. ⁊ elevatum
est cor tuum in decore tuo. perdidi sapi
entiam tuam in decore tuo. ⁊ in terram
proiecit te. ante faciem regum dedi
te ut cernerent te in multitudine
iniquitatum tuarum. Et in iniquita
te negotiationis tue polluisti sanc
tificationem tuam. Producam ergo
ignem de medio tui qui comedat
te. ⁊ dabo te in cinerem super terram in
conspectu omnium videntium te.
Omnes qui viderunt te in gentibus
obstupescent super te. Nihil factus
es. ⁊ non eris in perpetuum. Et fac
tus est sermo domini ad me dicens
fili hominis pone faciem tuam con
tra sydonem. ⁊ prophetabis de eis. ⁊
dices. Hec dicit dominus deus. Ecce
ego ad te sydon. ⁊ glificabor in medio
tui. ⁊ scient quia ego dominus cum
fecero in ea iudicia. ⁊ sanctificatus
fuero in ea. et immittam ei pestilen
tiam. ⁊ sanguinem in plateis eius
et corruent interfecti in medio ei
gladio parietum. ⁊ scient quia ego
dominus et non erit ultra domi
us israel offenditculum amaritudis
et spina doloris in circuitu vindi
cantium eorum qui adversantur
eis. ⁊ scient quia ego sum dominus
deus. Hec dicit dominus deus.
Quando congregavero dominum i
srl. de populis in quibus dispersi sunt.
sanctificabor in eis coram gentibus
et habitabunt in terra sua. quam dedi
servo meo iacob. et habitabunt in ea
securi. ⁊ edificabunt domos. ⁊ plan
tabunt vineas. ⁊ habitabunt confi
denter cum fecero iudicia in omni
bus qui adversantur eis per cir
cuitum. ⁊ scient quia ego dominus
deus eorum sum. XIX
In anno decimo. in duodecimo men
se in prima die mensis factum
est verbum domini ad me dicens
fili hominis pone faciem tuam
contra phaonem regem egypti. et
prophetabis de eo. ⁊ de egypto omni
a. loquere. ⁊ dices. Hec dicit dom
inus deus. Ecce ego ad te pharao
rex egypti draco magne qui cubas
in medio fluminum tuorum. ⁊ dicis
meus est fluvius. ⁊ ego feci meum
ipsum. Ponam frenum in maxil
lis tuis. ⁊ adhaerebunt pisces fluvium
tuorum squamis tuis. ⁊ extraham
te de medio fluminum tuorum. ⁊ om
nes pisces fluminum tui. Super
faciem terre cades non colligeris
neque consepeliaris. Bestiis terre
⁊ volatilibus celi dedi te ad devora
dum. ⁊ scient omnes egypti habita
tores quia ego dominus. Pro eo
quod fuisti baculus harundineus
domui israel. quando apprehenderunt
te manu. ⁊ confractus es. ⁊ lacera
sti omnem humerum eorum. ⁊ dis
solvisti omnes renes eorum. ⁊ in
nitentibus eis super te comminutus
es. Propterea hec dicit dominus
deus. Ecce ego adducam super te